

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Vnde truculentissimus tyrannus ansam sibi arripuerit, ad exquisitißima in  
Christianos supplicia comminiscenda. Cap. L.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

EVSEBII DE VITA

solus clementiae opera executus est: Sic reliqui omnes, insano animo & furioso affecti, ad immanitatem potius, quam humanitatem suas curas & cogitationes contulerunt: Quæ sane, illis regnantibus, vera religione euersa, vehementer crevit. Cruidelis enim eorum nequitia vsque eo exardescere coepit, ut cum omnes res diuinæ pariter atque humanæ pacatæ & tranquillæ consisterent, intestina persecutionis bella ab illis excitarentur.

*Qod Apollinis oracula, qui propter iustos homines responsa reddere non potuerat, persecutionis causa extiterint. C.A.P. XLIX.*

**A**pollinem autem id temporis, ex antro quodam & tenebricoso recessu, non ex sacerdotis ore hoc oraculum edidisse ferunt: iustos, qui in terris versabantur, impedimento ipsi fuisse, quo minus vera loquenter, & propterea falsa oracula ex tripode edita esse, inde que etiam factum esse, ut comam demitteret. Oraculo igitur hoc modo exagitato, hominum malitia de ea, re conqueri coepit. Sed videamus ista, quem ad exitum, venerint.

*Vnde truculentissimus tyrannus ansam sibi arripuerit, ad exquisitißima in Christianos supplicia comminiscenda. C.A.P. L.*

**T**eiam deum altissimum contestor me verum dictum. Audiebam cum iam puer admodum essem, eum qui illo tempore principem locum inter Romanos imperatores obtineret miserum, planè miserum, errore cecatom, à satellitibus suis curiose inquirentem rogasse, quinam essent illi in terris iusti: quendamque exercitibus suis responsum dedisse, eos esse Christianos. Tyrannem autem responsum illud tanquam mel ore audire, arripientem gladios, qui erant ad iniuriam vlciscendam, excogitati, contra sanctos viros omni labore & reprehensione carentes intentasse. Exemplò igitur mandata crudelibus sicariis, quorum manus erant cæde & sanguine respersæ, data esse iudicesque missos, ut celeres animi, motus,

motus à natura datos, ad acerbiora suppliciorum genera inuenienda intenderent.

*Quot contra Christianos tormentorum genera excogitata fuerint.*

CAP. LI.

**L**icuerat tum, licuerat inquam cernere, quanta cum animi alacritate, egregii pietatis athletæ, in crudelitate continua, non vulgares, sed nouas in dies sanguinos afflictiones pertulerint. Quippe modestia, quam nullus hostis aliquando læserit, furorem iracundorum & amentium ciuium multo effecit truculentiores. Quæ incendii flamma fuit, quis cruciatus, quod tormentorum genus, quod non fuerit omnium sanctorum corporibus, nulla etatis ratione habita irrogatum? Eo tempore terra reuera lachrimas effudit: mundus res vniuersitas suo complexu coercens, taedio cruento inquinatus, fletum edidit: dies etiam ipsa præ lugubri prodigii calamitate obscurata est. Sed quid ista commemoremus?

*Quod Barbari Christianos summa cum humanitate suscepint.*

CAP. LII.

**B**Arbari inde iam gloriantur: qui quidem eos, qui per idem tempus à nobis aufugerent, in tutelam receperunt: & licet illos tenuerint, ut captiuos, tamen humanissime tractarunt. Nam non solum in ea securitate collocarant, vt salutem, sed etiam, vt religionis suæ instituta & ritus retinere possent. Et iam Romani hanc maculam ad longinquum tempus continuatam sustinent, quam Christiani, eis imponebant, eo tempore, quo ex eorum ditione electi, ad Barbaros confugerunt.

*Cuiusmodi plaga exceperit illos, qui propter vaccinationem, persequitionum autores extiterant. CAP. LIII.*

**S**ed quid attinet pluribus, mærcatores illos, & communem totius orbis luctum persequi? Sceleris vero autores preterquam quod in Acherontis barathrum